



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

De numerorum divisione

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

BEDÆ PRESBYTERI  
PRÆFATIO IN LIBELLUM  
DE NUMERORUM DIVISIONE.

*Ad Constantinum suum.*

**V**is amicitia penè impossibilia redigit ad possibilia, nam quo modo rationes Numerorum abaci explicare contenderemus? nisi te adhortante, o mi dulce folamen laborum Constantine. Itaque quum aliquot lustra jam transferint, ex quo nec librum, nec exercitium harum rerum habuerimus, quædam repetita memoria eisdem verbis proferimus, quædam eisdem sententijs. Nec putet philosophus sine literis hæc alicui arti vel sibi esse contraria. Quid enim dicit esse digitos, articulos, minuta, qui auditor mortuum fore dedignatur. Vult tamen videri solus scire, quod mecum ignorat, ut ait Flaccus. Quid quum idem numerus modo simplex, modo compositus: nunc digitus, nunc constituitur ut articulus? Habes ergo (talium diligens investigator) viam rationis, brevem quidem verbis, sed prolixam sententijs, & ad collectionem intervallorum & distributionem in actualibus geometrici radij secundum inclinationem & erectionem, & in speculationibus & actualibus simul dimensionis cæli & terræ plena fide comparatam.

*De simplicibus.*

**S**i multiplicaveris singularem numerum per singularem, dabis unicuique digito singularem, & omni articulo decem, directe scilicet, & conversim.

Si singularem per decenum, dabis unicuique digito decem, & omni articulo centum.

Si singularem per centenum, dabis unicuique digito centum, & articulo mille.

Si singularem per millenium, dabis digito mille, & articulo decem millia.

Si singularem per decenum millenium, dabis digito decem millia, & articulo centum millia.

Si singularem per centenum millenium, dabis digito centum millia, & articulo mille millia.

*De deceno.*

**S**i decenum per decenum, dabis digito centum, & articulo mille.

Si decenum per centenum, dabis digito mille, & articulo decem millia.

Si decenum per millenium, dabis digito decem millia, & articulo centum millia.

Si decenum per decenum millenium, dabis digito centum millia, & articulo mille millia.

Si decenum per centenum millenium, dabis digito mille millia, & etiam unicuique articulo decies mille millia.

*De centeno.*

**S**i centenum per centenum, dabis digito decem millia, & articulo centum millia.

Si centenum per millenium, dabis digito centum millia, & articulo decies centena millia.

Si centenum per decenum millenium, dabis digito mille millia, & articulo decies mille millia.

Si centenum per centenum millenium, dabis digito decies mille millia, & articulo centies mille millia.

*De milleno.*

**S**i millenium per millenium dabis, digito decies centena millia, & articulo millies mille millia.

Si millenium per decenum millenium, dabis digito decies mille millia, & articulo centies mille millia.

Si millenium per centenum millenium, dabis digito centies mille millia, & articulo centies millies mille millia.

*De deceno milleno.*

**S**i decenum millenium per decenum millenium, dabis digito centies mille millia, & articulo millies mille millia.

Si decenum millenium per centenum millenium, dabis digito millies mille millia, & articulo decies millies mille millia.

*De centeno milleno.*

**S**i centenum millenium per centenum millenium, dabis digito decies millies mille millia, & articulo centies millies mille millia.

*Quomodo dividatur singularis per singularem, vel centenus per centenum, vel millenus per millenium.*

**I**n partitione numerorum abaci, sicut se habent singulares ad singulares, sic quodammodo habent se decem ad decenos, centeni ad centenos, milleni ad millenos, hoc modo:

Si volueris dividere singulares per singulares, vel decenum per decenum, vel centenum per centenum, vel millenium per millenium, secundum denominationem eorum singulares singularibus subtrahes,

*Quomodo singularis sua quantitate metiantur decenos, centenos, millenos.*

**I**n partitione numerorum abaci, sicut se habent singulares ad decenos & centenos & millenos: sic se habent decem ad centenos & millenos, & centeni ad millenos, & milleni ad ultra se compositos decenos millenos, & centenos millenos, hoc modo: Si volueris per singularem numerum dividere decenum aut centenum, aut millenium vel simul vel intermiscere, differentiam divisionis à singulari ad decenum, per integram denominationem dividendi multiplicabis, & articulos quidem propria denominatione & posita differentia diminues, digitos verò digitis aggregabis: & si articuli provenient ut supra, diminues usque ad solos digitos, & millenus quidem habebit articulos in millenis, digitos in centenis, centenus articulos in centenis, digitos in decenis: decenus articulos in decenis, digitos in singularibus.

*Quomodo metiantur decenus centenum aut millenium, vel centenum millenium, vel millenium & superiores.*

**S**i volueris per decenum numerum dividere centenum vel millenium, aut per centenum millenium vel superiores, aut per millenium sequentes, differentiam divisoris quasi singularis ad decenum, per integram denominationem dividendi multiplicabis, id est, per vocabula singularis, ac decem articulos ac digitos diminues usque ad extremum divisorium, sicut fiebat in singularibus quemlibet numerum dividendum.

*Quomodo singulares cuncti, decens metiantur decenos centenos, millenos, vel simul, vel intermiscere.*

**S**i volueris per compositum decenum cum singulari dividere, vel simplicem decenum vel cum singulari compositum, considera quotam partem divisoris teneat singularis: nam secundus singularis habet rationem ad secundas dividendi, tertius ad tertias, quartus ad quartas, quintus ad quintas, & deinceps, i. e. differentia à singulari divisoris ad decenum multiplicabitur per denominationem secundarum, tertiarum, quartarum: quod verò exuperat secundas, tertias, quartas, quintas aggregabis: & si multipli-

ciore

ciores sunt divifore, eadem regula diminuentur: fimiliter vero & fingulares compofiti ad dividendum aggregabuntur. Et in centenis & millenis idem facies, nihil quod unum centenum vel millenum in ceteros diffipabis, quod in uno non evenit deceno, & articuli quidem ab uno centeno vel milleno fecundabuntur, à pluribus dividendum obtinebunt fedes.

*Item alia divifio centeni vel milleni, & deinceps per eofdem divifores.*

**S**I volueris dividere centenum vel millenum, & deinceps, per decenum cum fingulari compofitum, primum centenum veluti fuprà divides, fumpta differentia diviforis à fingulari ad decenum: & quod fuperaverit, per denominationem propofiti centeni multiplicabis: & fi fingulariter centeno ad compofitionem additur: aut decenus cum fingulari, diminues vel aggregabis (quemadmodum fuperius dictum eft) in decenis & fingularibus: & primi quidem articuli funt in fuma dividendis proxima ac minore: augmentati vero in articulos alios, dividendum obtinent fedes.

*Quomodo decem juncti centenis, vel centeni millenis metiantur centenas, aut millenas, aut ulteriores.*

**S**I volueris per compofitum centenum cum deceno, vel compofitum millenum cum centeno dividere, aut centenum, aut millenum: confidera quotam partem diviforis teneat quingenus, vel centenus, vel millenus, & per denominationem earum partium, multiplica differentiam diviforis, ficut faciebas in fingularibus junctis cum decenis.

*Item alia divifio centeni vel milleni, & deinceps per eofdem compofitos divifores & fimplices.*

**S**I volueris dividere centenum, vel millenum, per decenum: aut millenum per centenum, fumes differentiam diviforis, fecundum rationem fingularium ad decenum, & multiplicabis. Aut per totam denominationem dividendi, fi fimplex decenus, vel centenus divifor eft, vel per fecundas, vel per tertias, vel per quartas, vel per quintas, fi compofitus eft: habita videlicet ratione, quam partem compofiti diviforis teneat decenus, vel centenus.

*Quomodo uno medio numerorum intermiffo, juncti duo extremi ceteros metiantur.*

**S**I volueris dividere centenum vel millenum per compofitum centenum vel millenum, uno intermiffo, unum dividendorum fumes ad minuta componenda, & maximum diviforem reliqua parti comparabis. Et fi quid abundaverit, relinquendis repones. Minutum autem per denominationem ejus, per quem divifor coarquetur, dividendo multiplicabis. Et in digitis quidem perfecta ponitur differentia. Ante articulos vero, altera differentia, uno minus, quali rationem habens ad juxta pofitos, quum funt digiti & articuli. Nam folus articulus, id eft, fine digitis, integram proponit fibi differentiam. Solus digitus, integram fupponit: & tum quum folus eft digitus, ei qui ad minuta componenda feclusus eft, differentia integra fecundabitur. Et hæc quidem differentia, & fi quis forte à maximo divifore feclusus eft, fignificabunt quod relinquatur ex dividendis.

*Quomodo centenus cum fingulari metiatur millenum & ulteriores, vel millenus cum decenis decenas, millenas & ulteriores.*

**S**I volueris dividere millenum vel ulteriores, per centenum cum fingulari compofitum, unum millenum in centenos diffipabis. Et rursus unum centenum ad minuta

componenda fecludes, & maximum diviforem reliqua parti comparabis. Et fi quid fecludetur, relinquendis repones. Minutum autem, ut in fuperiori capitulo multiplicabis, reliquaque omnia vel quæ fecluduntur, vel quæ pro differentijs adhibentur, ordinabis. Rurſusque eadem differentias, ac fi qui forte feclusi funt, per denominationem propofiti dividendi multiplicabis. Ac iterum eadem regula deduces, ufque ad extremas differentias, & in millenis diviforibus cum decenis, ad decenos millenos & ulteriores, quali eandem ipſam rationem ſervabis.

*Quot divifores funt in quolibet dividendo.*

**I** volueris noſſe quot divifores funt in quolibet dividendo, articulos, à quibus denominationes funt multiplicationis, fecundabis ad digitos, & fi augmento eorum articuli provenient, reflectes ad articulos: & fi in fingularibus pares diviforibus provenierint, totidem unitates collectionibus aggregabis. Igitur & in denominationibus à toto & à partibus quæ funt à fecundis, & tertijs, & quartis, & deinceps fecundum eandem rationem pro extremo divifore unitatem conſtitues. Et ficut in centenis & millenis, quod ab uno exuperat, per denominationem totius fummæ multiplicatur: fic divifores, per denominationem totius dividendi multiplicabuntur. Sed in ipſis tantummodo centenis & millenis, fimplex decenus divifor centeni vel milleni, & ultra compofitorum denominationes mittit ad tertias, idem ad tertium locum ab eo quem dividit, fcilicet in colligendis diviforibus. Centenus vel millenus divifores fui, & compofiti, uno relicto, denominationes ſuas mittunt ad extremos digitos.

*De protensione quarundam menſurarum terræ.*

**D**igitus eft minima pars agrefcium menſurarum. Uncia habet digitos tres. Palmus, in quatuor protenditur digitos. Pedem, ſedecim metiuntur digiti. Paffus, quinque pedum menſuram ſortitur. Pertica, duos paffus, videlicet decem pedes explicat. Paffus centum & vigintri quinque ſtadium abfolvunt. Stadia octo, miliarium præſtant. Mille paffus, id eft, miliarium & dimidium, leucam faciunt, habentem paffus mille & quingentos. Duæ leuæ, ſive miliaria tria, reſtam efficiunt. Quidam leucam pro leuæ legunt. **A**mbitus totius terræ, ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadium abſolvitur, quæ faciunt leuvas Gallorum vigintri & unam: per duodecim, diviſis eisdem ſtadijs. Miliaria triginta unum & quingenta: per quinquaginta, in diviſis eisdem ſtadijs. Paffus tredecies & ſemel, mille millia & quingentos pedes (centies vicies & quinques, multiplicatis eisdem ſtadijs) centies quinquagies & ſepties mille (paffibus) millia & quingentas uncias (quinques multiplicatis) milles octingentis (pedibus) nonagies mille millia (duodecies multiplicatis) mille millia. Digitos quinque millia, ſexcenties ſeptuagies & unum mille: uncia per tres multiplicata.

*FINIS libri Bedæ, de Numerorum divifione.*